

mus. Est itaque sangvis escarius indicium libertatis Christianæ, nequam in luxuriaz pabulum degeneratus, si, ut cæteri inter Judæos vetiti cibi, cum modo & conducente honestatis termino usurpetur. Cur privabimus nos liberte, quam Liberator indulxit? cur adstringemus conscientiam vinculis, ad quæ solvenda Mediator in carnem datum factusque sacrificium typum in antitypo sustulit? cur intricabimur difficultatibus, quas extricare sollicite adeo & circumspicte in Concilio Solymitano Apostolorum Chorus intendebat? Interea dum repetendum est & sedulo meditandum Apostolicum illud; εκαστον των ιδίων πληροφορείσθω, recte facere eum judicamus, qui ab esu sanguinis abstinet, dum sibi eo vesci licere non credit, quicquid enim ex fide non est, peccatum est. Qui edit, Domino edat, qui non edit, Domino non edat. Videndum tamen, ne turbentur alii imbecilles, recte se sangvine escario uti haec tenus persuasi. Nolo in suspicione erroris, ita liceat imitari Hieronymum in Epist. ad Pamnach. contra errores Joh. Hierosolym. quenquam esse patientem, ne apud eos, qui ignorant innocentiam ejus dissimulatio conscientia judicetur, si taceat. Castigari gula debet, sed cum castigatione non eripienda est libertas. Ut magna est virtutis & sollicitæ diligentiaz in mundo non mundane vivere, in carne non carnaliter agere, ita in concessa ciborum libertate Christianæ est opus prudentiaz sangvine uti, nec tamen sanguinolenta sapere, aut sanguinis reum evadere. Cl. Salmasii de Fæn. Traxerunt: super hac controversia judicium quantum valere posse, ex dictis in promptu Solida potest esse opinio. Et cum ipse legem Apostolorum partim ex lege ceremoniali, partim civili depromptam dicit, Ergo causa interdicti ex politia Judæorum, non ex obligatione morali arcessenda est; & ita Salmasius haec tenus nobiscum sentit; quæ tamen ille hic alia opinatur, non admodum præjudicant explicatae veritati. Tantum! Pro libertate conscientiaz Christianorum.

S. D. G.

Coll. Diss. A 175, v. 3